

A Ludovicus *Vices dial.* 13. Baccalarium vocari vult, id ex veteri Gallico idiomate, qui hoc nomine vocant militem, qui iam semel prelio, quod ipsi vocant, *la Bataille*, interfuit, & manus cum hoste conferuit. Atque inde dicit Luterus hoc Titulo decoratos, qui in palestra litteraria publice in aliqua disciplina disputasset.

Sunt etiam qui Bacalarium scribunt, à pugnandi instrumento, sed imperitius. Fortassis cum Sicambri non malè Baccalarium dixeris, à Bacce Germanico, quod nucleum significat; & Leere, doctrinam, quasi talis iam nucleum doctrinæ sibi comparare inciperet.

Calepinus existimat Baccalureos dictos ex eo, quod olim corolla ex lauri baccis eis imponeretur. Quod licet in desuetudinem abierit, mansit tamen dignitatis nomen & titulus. *V. de locum de Academia.*

Bacchanalia.

Eorum usus apud Ethnicos.

Quare Dierum usus Chronologicus.

Bacchanalia sacra vberimum apud cunctas ferè gentes libidinis feminarium fuisse: quorum, vti restatur *Herod.* auctor fuit Melampus Amythaonis filius, primusque ad Græcos detulit ex Ægypto, vbi ea sacra fieri cœpère. Feminæ fatuas cibitales è neruis compactas, quibus ingens mentula in ventre extabat, per pagos, præeunte tibia, circumferebant, Bacchum canentes. In Parnasso monte Bacchanalia, quæ Græcis Dionysia dicuntur, alternis annis acta sunt magno cum hominum multo mero incalentium clamore, tum tympanorum crepitu. Haud ita multo post, Græcos quidam homo ignobilis, eiusmodi factorum antistes in Hetruriam venit, docuitque ritus, ex Hetruria ea mali labes non Romam penetravit, vbi mirandum in modum morbi contagione matronarum pudicitiam corruptit. Primò sacrorum feminarium fuit, nec quisquam virorum admittebatur: tres in anno statutos dies habebant, quibus interdum Bacchis initiarentur, sacerdotes inter se matronæ cœbantur. Quum demùm Paculla Minia Campana facta est sacerdos, hæc omnia tanquam deorum monitu immutavit: sanè viros & cum primis filios initiavit, nocturnumque sacrum ex diurno, & pro tribus in anno diebus, quinos in singulos menses dies initiavit sacros fecit. Tum promiscuo sacra viri feminis permitti facere cœperunt, vbi quum per noctis licentiam quidvis scelus inuicique edere liceret, nihil flagitij prætermittitur: siquidem eò loci supra pariter atque cædes redundabant, quando qui ad venerem pigiores, aut dedecoris minus patientes erant (nam postremo nemo maior viginti annis initiabatur) morte afficiebantur: nec id multis cognitum: quum nulla vox queritantium præ vlulatu, tympanorum cymbalorumque strepitu exaudiri posset, & mortui ex conspectu illud in specus abderent. Summæ religionis erat inter eos, viros velut mente captos, copotis iactatione fanaticæ vaticinari, matronas baccharum habitu crinibus passis cum facibus ardentibus discurrere, & mactatos dici à diis raptos. Verum ad extremum tantorum scelus iudicio à Fœceniâ de qua sub Tit. Meretricum) ad Sp. Posthumium Alnum, & Q. Martium Philippum Coss. delato, religio pestifera extincta est, anno Urbis conditæ DLXXIII. *Polyd. lib. cap. 7. de Rurum inuent.*

** Apud Christianos.*

H Vfus, siue potius abusus Bacchanaliorum, etiam Christianis à Gentilium superstitione traditus, apud eosdem adhuc perseverat, indigno sane & nomine, & culta. Cum immedietè ante ante solenne illud quadragesimale ieiunium, quando beneficiorum cœlestium, & Domini Passionis memoria restitanda potius esset, celebrentur, idque nonnullis locis tanta cum dissolutione morum & animorum, vt vel Ethnicos ipsos superare videantur, aut certe cum iisdem contentant, adeo se totos ingurgitant, ventri & Veneri, turpibusque voluptatibus inserviunt, quasi triduo illo expleto Veneri sacra facturi essent non Deo. Quod de Gallia testatur *P. Bess.* qui & ipse Gallus, *Conc. in Domin. quinq.* Hodie ait, in hac nostra Gallia, hoc ipso die, omne propemodum Deo relicto, & templis, die lasciuia & voluptatum, scelerala & Circea mundi agmina sequuntur, & paulò post enumerat scandala, dissolutiones, lubricitates, & inter ea, quod plateæ larvatis operteret, mensæ aleis & chartis cooperte, aulæ lasciuo cantu & tripudiis roboantes, atque omnia vitiorum scelera laxatis ha-

L. B. Theat. vite hum. Tom. 1.

benis prouentia. Ita ille de Gallia, neque meliora dicturus è de Italia & nonnullis aliis Regnis. Quæ sanè intemperantia hoc tempore potissimè præpostera est: quæ àuis vana hilaritas à Christiano populo excludi non debeat, quæ Dei timorè coniunctū habeat: quomodo nihil melius in vita pronuntiauit Ecclesiast. quàm latari, & bene agere. Neq; enim vt scribit Basilius, per temulentiam aditus ad ieiunium, nec ad iustitiam iter paratur per fraudem, nec ad sobrietatem per lasciuia deuenitur. Crapula & ebrietas ad lasciuia inducunt ad ieiunium & abstinentiam frugalitas. *Homil. 1. de laud. Ieiunij.*

In statuum Bacchi, Dialogus, Andreæ Alciati.

Bacche pater, qui te mortali lumine mouit,

Et docta effinxit quis tua membra manu?

Praxiteles, qui me rapientem Gnossida vidit,

Atque illo pinxit tempore qualis eram.

Cur iuuenis, teneraque etiam lanugine vernat

Barba, queas Pylum cum superare senem?

Muneribus quandoque meis si parcere discas

Iunior, & forti pectore semper eris.

Tympana non manibus, capiti non corona desunt:

Quos nisi dementes talia signa decent?

Hoc doceo nostro quod abusus munere sumit

Cornua, & insanus mollia sistrâ quatit.

Quid vult ille color membris pene igneus? omen

Abfit, an humanis vveris ipse focus?

Cum Semeles de ventre parens me fulmine traxit

Igniomo, insectum puluere misisti aquis.

Hinc sapit hic, liquidus qui nos bene diluit vndis:

Qui non, ardentis erret ab igne iecur.

Sed nunc me doceas, qui vis miserier? & qua

Te sanus tutum pendere lege queat?

Quadrantem addat aque calicem sumpsisse salerni

Qui cupit, hoc sumi pocula more iuuat.

Sres intra, geminat: nam qui procedere tendit

Vitra, alacer, sed mox ebrius, inde furit.

Rex dura hac nimium sunt pendula guttura, dulce

Tu suis, heu facile commoda nulla cadunt.

Baiuli, qui & Geruli.

** DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.*

Baiulus est qui onera propter mercedem defert humeris, erat olim eorum frequentia in oppido Baiæ iuxta sinum Lucrinum, atque ab eo nomen accepisse vult Perotrus. Alij è *Baiis*. i. paruis deduci nominis etymologiam autumant, quia minora sunt quæ baiulantur. Hebraei *poel*, i. operum, appellant Baiulum.

V S V S, ET E X E M P L A.

Sunt qui seruitutem natura non instituo hominum cæptâ arbitrantur. Sunt quædam nationes, ad inferendum aliis natae. Tales apud veteres olim Ægyptij & Syri: tales apud Luggundenfes hodie Sabaudi, apud Venetos Istri & Bergomates, apud Parisienses Britones & Lemouices. Bartholomæo certè Coleono Bergomati, bellica fortitudine sua atate duci clarissimo, cum Veneri equestrem statuam in area DD. Ioannis & Pauli deauratam posuissent, noctu inimicorum quispiam scopum dextræ indidit, collo saccum alligauit, vt his veluti armis baiulorum, patriam ei exprobraret. Verum claret ille propria gloria: & quod Venetorum res stabunt, semper floreat. *Bern. Corius in hist. Mediol.*

Syri apud Rom. notissimi fuerunt baiuli. *Hinc Satyricus.*

Onera gestantur longa ceruice Syrorum.

Ægyptij antiquitè ea obière munia, quæ nunc in Italia Baiuli ex Longobardia plurimum propagati, quos Græci *Basdovras* dicunt, hoc est, portantes, ac gerulos, quia oneribus vacent ferendis. Vnde & bastarnas cubitorum quinque nūcupabat. *Apud Athen. Pofidonius Aristoph. in Batrachis:*

Δὲ δέματ' εἰσέδνε, ἔ' ἔρεπο δὲα,

Ὀδὲ οὖν αὖ δέαν οὐδ' ἐκάρδι αἰγύβλο

Currus imposuit duos, ac mortuos toridem.

Quos nec Ægyptij quidem tollerent centum.

Hinc sæpè in veteribus memoriis læctamus: dici Ægyptios *αἰγυβόλοισι*; id est, vecturas onerū corpore factitantes suo: itè in *Arist. in Auis* *αἰγυβόλοισι*, quo verbo ij significantur, qui lateres gestant humeris, vel certè anaphoro adhibito, seu allactō Erat verò eo nomine lignum vrinque euum, quo gestaretur onera. Allactū dici puto, à talatione, quæ fieret à sagittariis de humero in humerū. Aliqui amphicytū malūt

R R r 2 appel